

4617 [pars sinistra = supra n. 571] tabula marmorea marginata a. 0,50, cr. ca. 0,045, in duas partes fracta. Pars sinistra Ostiae effossa, inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.*) inter Ostiensia. Pars dextra rep. *decumano, nei pressi della via dei molini*, exstat in horreis Epagathianis. Composui apographis meis usus. Litt. a. 0,05-0,03.

L·ANNIVS·L·C·L·FELIX·AVG·
SIBI·ET·LABERIAE·HILARAE·
ET·C·LABERIO·FICTORI·FILIO·

LIBERTIS·LIBERTAB·CETERIS·POSTERISQ·EOR·
5 IN·FRONT·P·XXX· IN·AGR·P·XXV sic

Descripsi utramque partem. Partem sinistram Notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801/4 repertarum p. 170; Dessau l. c. Partem dextram Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 214, 5.

Temporibus imperatoris Ti. Claudii inscriptionem assignat littera *f* v. 3. Cf. supra p. 611.

4618 fragmentum tabulae marmoreae cr. 0,022; litterae a. 0,033. Rep. *innanzi all' area dei quattro tempietti*. Est in repositis musei Ostiensis.

LIO·APH

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 176 n. 2.

2 in. vestigium curvatum. Fortasse [*ma*]g(istro) q(uin)q(uennali).

4619 tabula marmorea cr. ca. 0,05, fracta superne et a sinistra. Fragmentum quod exstat a. est ca. 0,33, l. ca. 0,245. Litterae spisse positae, inter se non semper pares, a. 0,03. Exstat Ostiae in horreis Epagathianis.

ARIVS·AVCTVS
seuir aug VST·DEC·SVFF
iunx et ---- IA·PELAGIA·CON
AVCTA·MATER
5 VM

Descripsi.

2 *dec(urionum) suff(ragiis)* proponit Dessau; cf. supra ad n. 4560-4563. Versus exstat in litura scriptus.

4620 [*a + c = supra n. 303*] basis marmoreae a. ca. 1,13 fragmenta tria, litteris bonis. Spatium scripturae destinatum a. ca. 0,73, l. ca. 0,62; litt. a. 0,053-0,025. Rep. *piazzale delle corporazioni*, ubi etiam hodie exstant fragmenta *bc* composita; fragm. *a* non vidi.

In latere intuenti dextro patera exsculpta est; latus sinistrum mutilatum.

a P·AVFIDIO·P·F·QVIRINA
FORTI
d. d. (9) decURIONI·ADLECTO·II·VIRO
b quaestORI·AERARI·OSTIENSIVM·IIII
5 praefecto·FABRVM
tignuariorum QSTIS·PATRONO
CORPORVM·MENSORVM
FRVMENTARIORVM
c ET VRINATORVM·DECVRIONI·ADLECTO
10 AFRICAE·HIPPONE·REGIO
CORPVS·MERCATORVM
FRVMENTARIORVM
Q·Q·PERPETVO

Descripsi *bc*. *a c* Lanciani *Not. d. sc.* 1881 p. 199. Dessau l. c.; *b* cum *a* et *c* coniunctum Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 348.

2 in. partem litterae nescio cuius, quae supra n. 303 hoc loco legitur, Dessavio ipsi haud certam fuisse cognoscitur ex notis eius manuscriptis, nihil fuisse nunc apparet.

9 Corpus urinatorum, cuius patronus fuit Aufidius Fortis, fortasse non diversum est a corpore piscatorum et urinatorum totius alvei Tiberis quibus *ex s. c. coire licet*, ad quod spectant tituli C. VI 1080. 1872. 29700-29702 (cf. Dessau supra l. c.), et videtur constitisse Ostiae vel in Portu Romano; cf. C. VI p. 2879. — 10 cf. C. VIII p. 516.

4621 basis marmorea a. 1,05, l. 0,58, cr. 0,52; litteris bonis, a. 0,058-0,022. Rep. *lato orientale del teatro*, exstat ibidem inter semicirculum theatri et viam primariam.

Latera ornata sunt patera (d.) et praefericulo (sin.); in parte postica exstat inscriptio n. 4716.

P·AVFIDIO
P·FIL·QVIR
FORTI·
II·VIR·Q·AER·OST·V
5 P·C
faVSTIANVS·EPICTETVS
euFROSYNVS·IANVARIVS·
PATRONO
INDVLGENTISSIMO

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 103.

4 [II] *vir(o)*, *q(uaestori) aer(arii) Ost(iensium) V*; cf. supra n. 4128 add. (p. 616). — 5 explicacione *p(atrono) c(oloniae)* probabilior videtur ea quam proponit Carcopino *Mél. d'arch. et d'hist.* XXXI 1911 p. 177 not. 4 *p(atrono) c(orporis)* vel *c(collegii)*, fortasse corporis mercatorum frumentariorum, cuius corporis quinquennalis erat Faustianus, quaestor Epictetus (v. 6, cf. supra n. 461); haec basis et tabulae duae n. 4622 possunt collocatae fuisse in schola illius corporis, ita ut litterae singulares *p. c.* nemini obscurae essent. Quodsi P. Aufidius in titulo qui praecedit dicitur quinquennalis perpetuus corporis mercatorum frumentariorum, potest patronatum postea accepisse. Cf. titulum n. 4622.

4622 unius tituli exemplaria duo, litteris bonis.

a tabula marmorea a. 2,19, l. 1,32, cr. 0,03-0,05, in multas partes fracta; litt. a. 0,085-0,055. Rep. *in uno dei locali dell' isola compresa tra l' area sacra del gran tempio, il decumano, la via della casa di Diana e la via normale a quest' ultima e al decumano*, adhibita pro pavimento. Exstat ibidem parieti affixa.

b tabulae marmoreae fragmenta duo, quae ad eandem inscriptionem pertinere in re praesenti cognovi; quorum alterum (*a*), ipsum quoque in quinque partes fractum, exstat in horreis Epagathianis, alterum sub templo magno in repositis.

a
P·AVFIDIO·P·FIL·QVIR
FORTI//AVFIDI·FORTIS
P·C·FIL·II·VIR·Q·AEDIL
FLAM·ROMAE·ET·AVG
5 FLAM·DIVI·TITI
FAVSTIANVS·EPICTETVS
EVPFROSYNVS·IANVARIVS
LIBERTI

b
a continet reliquias versuum 2-5
β continet reliquias versuum 5-7, in quibus nomina Faustiani et Euphrosyni mutilata

a recognovi. Paribeni *Not. d. sc.* 1916 p. 177.

b descripsi; textum hic repetere operae pretium non est. *a* edid. Calza *Not. d. sc.* 1923 p. 409.

3 *p(atroni) c(orporis)?* cf. quae dixi ad titulum qui praecedit) *fil(io)*, *II vir(o)*, *q(uaestori)*, *aedil(i)*.